

possit esse testis, cogi tamen nequeat: ob reverentiam quam debet marito suo. Vide latissimè hac de re disputantem Farinaceum *l. 2. tit. 6. qu. 54. num. 219. fol. 34. Oper. Crimin.* Quod extenditur ad sponsum & sponsam. Campegius *de Testib. reg. 10. p. 607.* excipitur tamen casus, quando nimirum veritas aliter haberi non potest. Albericus de Malet. *Tract. de Testib. c. n. 19. p. 285.*

(6.) *Ratione Consanguinitatis*, ita pater non potest contra filium, nec filius contra patrem produci in testem. *l. 9. ff. de Testib.* ne quidem volens, *l. 6. C. eod.* & ne tum quidem, si veritas aliter haberi nequeat. Vide Acaium ab Enencfel *de Privileg. parent. & liberor. privileg. 17. p. 925. & seqq.* Brunnem. *ad d. l. 6. C. de Testibus fol. 397.* Nellus de S. Geminiano, *de Testib. p. 108. num. 7.* Albericus de Maletis, *c. 1. num. 1. 2. 3. & seqq. p. 231. & 232.* Vide & Barbosam *ad l. 6. C. de Testib. fol. 67.* quamvis in probando filii aut filiae ætate & matrimonio pater & mater admitti possint in testimonium; Brunnem. *ad l. 9. num. 2. fol. 708.* Aliàs istæc regula *per c. 22. Ext. de Testibus* in infinitum procedit ratione scilicet ascendentium & descendentium. Mezger. *Consil. 15. num. 97. p. 267.* quod extendi quoque solet in vitricum, Novercam: Socerum & Generum, *l. 4. ff. de testibus*, ad liberos legitimos, naturales & spurios. Farinc. *l. 2. tit. 6. qu. 54. num. 148. & 157. p. 26. & 27. Oper. Criminal.* Et si parentes contra liberos, & liberi contra parentes sunt inhabiles in civilibus, quanto magis inhabiles erunt in criminalibus, Blumbacher *ad artic. 66. Orain. Criminal. pag. 77.* Ita frater adversus fratrem in criminalibus non est idoneus testis, si ad dicendum testimonium debeat compelli. Reuberus *de Testib. part. 2. num. 48. & seqq. pag. 798.*

(7.) *Ratione conjunctionis domestica*, qui enim sunt in domo producentis, & ejus pane vescuntur, non sunt idonei testes, *l. 1. §. 3. ff. de Question. l. 3. C. de Testib.* Nellus de S. Geminiano *pag. 109. num. 11. de Testib.* Quidam vocabulum domestici testis paulo latius sumunt pro omnibus illis, qui sunt in nostra domo, sub nostra potestate, in nostro convictu, & quibus testimonium imperari quodammodo potest; inde famuli, mercenarii, Nepos de Monte Albano *Tract. de Testib. num. 7. p. 4.* & reliqui, qui alimentis nostris sustentantur. *Dd. ad l. 11. §. 1. ff. de Pœnis.* Peregregeiè hoc argumentum tractat Johann. Campegius in *Tractat. de Testib. reg. 11. & 12. p. 608. & 610.* Unò verbò, qui sunt de nostra domo, & erga quos nobis aliquod Jus competit, domesticorum nomine veniunt, vide Farinac. *l. 2. tit. 6. quest. 54. num. 5. 6. 7. & seqq. fol. 37. Operum Criminal.* ratio autem,
quare